Nine Pence Quite
B

In an antient Book of Institutions & Memorandums of William Atwater formerly Bishop of Lincoln (now remaining in the Registry at Lincoln) who began to preside over that See in the Year of our Lord 1514, there is amongst other things contained as follows, to wit,)

Recuperatio Comune, Tenenitium Episcopi Lincoln in Lidyngton Sup. le Brande

Henricus Dei Gratia Rex Anglie & Francie et Dominus Hibernie Omnibus ad quos presentes Litere pervenerint Salutem, Inspeximus quoddam Breve nostrum de orando Willmo Heydon Directis et in Filaciis Cancellarie nostris residentib, una cum Returno sive indorsamento ejusdem Brevis nostri factum in hec verba, Henricus Dei Gratia Rex Anglie & Francie et Dominus Hibernie Willmo Heydon Gentilman Salutem, Volentes certis de Causis certiorari super quodam Placito tento apud Uppingham die veneris decimo die Septembris Anno Regni recolende memorie Dni H. nuper Regis Anglie septimi Patris nostri sexto, coram Johannis Ratcliff Milite nuper Dno Fitzwater et Reginaldo Bray milite nuper Justic Itinerantibus omnium Forestarum Parcorum Chacearum et Warennarum predicti Patris nostri citra Trentham, inter ipsum Regem et Iohe nuper Episcopum Lincoln facto et habita de quibusdam Libertatibus Franchesis et Quietancijs quas predictus nuper Episcopus clamabat habere pro se et Successoribus suis in Foresta de Lyffeld in Com Roteland, quod quidem placitum ad Manus tuas post Mortem predicti Reginaldi nuper devenit, et in Manibus tuis ad huc existit, ut dicitur, Tibi precipimus quod placitum predictum cum omnibus illud tangentibus nobis in Cancellario nostram sub Sigillo tuo distincte & aperte mittas et hoc Breve. T. me ipso apud Westmonast. xxiiij Die Maij Anno Regni nostri quarto, (Yong) Responsio Willi Heydon infranominat Placitum de quo infra fit mentio Dno Regi in Cancellariam suam sub sigillo meo certificato prout intus michi precipitur, quod

Quidem placitum patet in quadam cedula huic Brevi annexa Inspeximus ulterius quoddam placitum tentum apud Uppingham die veneris decimo Die Septembris Anno Regni Regis H. Septimi sexto coram Joh̄e Ratcliffe Milite Dn̄o Fitzwater et Reginaldo Bray Milite Justiciar dicti Dn̄i Regis Itinerantibus omnium Forestarum Parcorum Chacarum & Warennarum ejusdem Domini Regis citra Trentham ac Capitalis custodibus et Magr̄is deductum omnium Premissorum ab eadem placita audiendis & terminandis assignatibus per prefatum Willi Heydon pretextu Brevis nostri predicti sibi directi nobis in Cancellaria nostram predictam sub sigillo ejusdem Willi certificati et returnati ac in Filacijs Cancellarie nostre predicte residentib et eidem Brevi consuit facti in hec Verba Dominus Rex mandavit John Ratcliff Dn̄i Fitzwater et Reginaldo Bray Militi per Breve suum patentes in hec Verba Henricus Dei Gratia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie Omnibus ad quos presentes Litere pervenerint Salutem, Constat nobis per inspectionem Rotulorum Cancellarie nr̄e quod nos nuper Literas nostras patentes fieri fecimus in hec Verba Henricus Dei Gratia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie Omnibus ad quos presentes Litere pervenerint Salutem Sciatis quod nos in consideratione bonorum & gratuitorum amicorum que dilecti et fideles nostri Johes Ratcliff Miles Dn̄s Fitzwater Senescallus Hospicij nostri et Reginaldus Bray Miles nobis impenderunt et impendere intendunt in futura Dedimus et Concessimus eisdem Johi et Reginaldo et eorum alteri Officium Gardiani et Capitalis Justic omnium Forestarum nostrarum et ipsos et eorum alterum constituimus Justiciarios nostros Itinerantes omnium Forestarum Parcorum Chacearum et Warennarum nostrorum citra Trentham, ad omnimoda placita Forestarum audiendum et terminandum, Ac Capitales Custodes ac magistros

Nine Pence Quire
B

Deductos omniū premissorum, Habendum et exercendum Officium predictum prefati Johi et Reginaldo et utrique eorum ——— per se vel per sufficientem Deputatum sunm sive ——— sufficientes Deputatos suos pro termino vite eorum et alterius eorum diutius viventis Capiendū in et pro Officio predicto Feoda Vadia proficua comoditates et emolumenta dicto Officio ab antiquo debita consueta sive pertinentia a Festo sancti Michaelis Archi ultimo preterito pro termino vite eorum et alterius eorum ut predictum est, una cum potestate faciendi omnes Officiarios eidem Officio ab antiquo debitos et consuetos in tam ampli modo & forma prout aliqua persona seu persone Officium predictum occupans usi sunt habuerunt et percipiunt et perceperunt in eodem, Damus autem universis et singulis Archiepiscopis Episcopis Abbatibus Prioribus Ducibus Comitibus Baronibus Militibus Vicecomitibus Forestarijs Verdarijs Regardatis Wodwardis et omnibus alijs Fidelibus nostris tenore presentiū firmiter in mandatis quod ipsi et quilibet eorum prefatis Johi et Reginaldo in omnibus premissis seu aliquo premissorum faciendis et exequendis intendant auxiliant et consiliant prout decet aliquo Statuto actu ordinatione seu provisione in contrarium factis seu provisis non obstantibus In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus patentes Teste meipso apud Westmon xxvto Die Februarij Anno Regni Regis nostri primo, NOS autem pro eo quod Lre predicte casualit sunt amisse sicut coram Nobis in Cancellaria nostra predicta sufficienter est testificatum et quod ipsi literas illas si eas inposterum reperiri contigerit nobis in Cancellariam nostram predictam restituent ibidem cancellandas, Tenorem irrotulamenti literarum predictarum ad requisitionem predictorum Johis et Reginaldo Duximus exemplificandum per presentes In cujus

Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes Teste meipso apud . . . . Westmonasterium quarto die Julij Anno Regni . . . . . . nostri tertio. —

Foresta de Lyfeld in Com Rotel. Placita Foreste Predicte in Itinere tenta apud Uppingham die Veneris decimo die Septembris Anno Regni Regis Henrici Septimi sexto coram Johe Ratcliff Milite Dno Fitzwater & Reginaldo Bray Milite Justic. dicti Domini Regis Itinerantibus omnium Forestarum Parcorum Chacearum et Warennarum ejusdem Domini Regis citra Trentham ac Capitalis custodis et Magistri deducta omnium premissorum ad eandem placita audiendum & terminandum assignatis. Virtute quarum Literarum patentium Prefati Justiciarij mandaverunt Vicecomit. Rotel. preceptum suum de quodam Itinere coram eis sumonendo in hec Verba Johes Ratcliff Miles Dns Fitzwater & Reginaldus Bray Miles Justiciarij Itinerantes a omnium Forestarum Parcorum Chacearum et Warennarum dni Regis citra Trentham capitales custodes ac magistri deducti omnium premissorum, Vic. Rotel. Salutem, Ex parte Domini Regis tibi mandamus firmiter injungentes quod venire facias coram nobis, seu nostro in hac parte deputato apud Uppingham die decimo die Septembris proximi futuri post datum presentium xxiiij.or probos et legalis Homines de quolibet hundredo infra Forestam de Lifeld et circumjacente eandem per quos Rei veritas melius sciri poterit, ad Inquirendum et faciendum ea que eis ex parte dicti dni Regis ad tunc et ibidem injungentur, Et ulterius tibi precipimus ex parte dicti Domini Regis firmiter injungentes quod sine dilatione convenire facias omnes Forestarios Regardatores et omnes alios ministros dicte Foreste ac xxiiij.or de discretioribus legalib. Hominibus de Balliva tua per quorum Sacramenta de

Nine Pence Quire
B

Statu dicte Foreste possimus Melius et plenius certiorari
et .... eos per Sacramenta dictorum Forestorum duci
faciatis ...... per totas Ballivas dicte fforeste ad certum
Diem vel certos Dies quem vel quos tu eis scire faciatis
ante adventum nostrum ad Respondendum vel videndum
omnes transgressiones factas in eadem Foresta Et hoc non
omittant pro aliena re, et loco Regardatorum qui Mortui
aut infirmi alios elegi faciatis, Et insuper Proclamari facia
tam in Burgis et alijs Villis quam in Mercatis Ferijs et
alijs locis publicis infra comitatum predictum quod omnes et
singuli quicunque qui libertates Franchesias privilegia seu
proficua habent vel habere clamant infra fforestam predictam
sint coram Nobis seu nostro in hac parte deputato ad ~
prefatos diem et Locum ostensuri qualia libertates Franchesias
privilegia seu proficua ibidem habent vel habere clamant
et quo Waranto, et etiam Tibi precipimus quod in dictis
locis Proclamari faciatis quod omnes attachiati pro viridi
aut venatione in Foresta predicta post ultima placita Foreste
predicte tenta aut eorum plegij et manucaptores qui
habuerunt diem per manucaptionem predictam essendi coram
Justic' dni Regis Itinerantibus proximo illuc venientibus &
quod ad prefatos diem et locum sint coram nobis prefatis
Justic' ad standum recto et ad faciendum ea que secundum
Legem Foreste predicte debent, Et quod tu sis adhuc ibidem
cum omnibus Ballivis Hundredorum Predictorum habens
tecum omnia Nomina omnia Hominum et Ballivorum
Predictorum — — — unacum hoc mandato ad exequendum
et certiorandum nos super his & alijs Negotijs illa tangentibus
Et hoc non omittas sub pena incumbenti Test nobis prefatis

Justiciarijs apud Westmonaster Octavo Die Julij Anno
Regni dicti Domini Regis Henrici . . . . . septimi quinto
Et Vicecomes videt. Thomas . . . . Sapcote Armiger
fecit inde executionem &c. Et . . . . super hoc ad
predictam diem Veneris Decimo die Septembris Anno
Regni Regis Henrici septimi sexto coram prefatis
Justiciarijs Thomas Sapcote Armiger Vice=Comes predictus
venit et protulit preceptum sibi in hoc directum quod sibi
inde venit ut prescriptum est, Ad quod preceptum idem
Vicecom. returnavit — quod venire fecit coram prefatis
Justiciarijs seu eorum in hac parte deputato ad diem et
locum supra dictos xxiiij.or probos & legales Homines
de quolibet Hundredo infra Forestam predictam de Lifold
et circumjacente eandem per quos Rei veritas melius
sciri poterit, ad Inquirendum et faciendum ea que ex
parte dni Regis ad tunc ibidem injungentur, convenire
etiam fecit omnes Forestarios Regardatores et omnes alios
Ministros dicte Foreste ac xxiiij.or de discretioribus &
legalibus Hominibus de Balliva sua per quorum Sacramenta
de statu dicte Foreste possit melius et plenius certiorari, et
eos per Sacramenta dictorum Forestariorum duci fecit per
totas Ballivas dicte Foreste ante Adventum dictorum
Justiciarior ad Respondendum et Videndum omnes —
Transgressiones factas in eadem Foresta, & Ac etiam proclamari
fecit tam in Burghis & aliis Villis quam in mercatis
Ferijs & aliis locis publicis infra Comitatum suum quod
omnes & singuli . . . . quicunque qui Libertates Franchesias
privilegia seu proficua habent vel habere clamant infra
Forestam predictam essent coram Justiciariis predictis seu
eorum in hac parte deputato ad Diem et locum predictos

Ostensuri qualia Libertates Franchesias privilegia seu proficua habent vel habere clamant in Foresta predicta et quo Waranto; Proclamari insuper fecit in locis predictis quod omnes attachiati pro Viridi aut Veratione in Foresta predicta post ultima placita Foreste predicte tenta ac eorum plegij & Manucaptores qui habuerunt diem per Manucaptionem predictam essendi coram Justiciarijs dni Regis Itinerantibus proximo illuc venientibus, quod Diem & locum predictos essent coram Justiciarijs predictis ad standum recto et ad faciendum ea que secundum Legem fforeste fore debent, Residuum vero executionis istius precepti patet in forma sequenti.

Placita etc. ut supra, Johnes Episcopus Lincoln ponit loco suo Willm Brett Attornat suum ad omnes Libertates Franchesias privilegias proficua Emolumenta comoditates in Foresta predicta petendum calumpniandum prosequendum et defendendum in Foresta predicta, Et ex certis Causis, Justiciarios predictos hic moventibus, ex gratia Curiæ &c. dies datus est prefato Episcopo apud Villam Westmonast in Com. Midd, in Crastino sancti Martini Episcopi ad clamandum et ostendum clameum suum predictum &c. Ad quem diem coram prefatis Justiciarijs hic scilicet apud Westmonaster predictum, venit predictus

The Bishops Claim

Episcopus per Attornatum suum predictum et clamat habere pro se et successoribus suis Episcopus Lincoln Libertates Franchesias Quietantias comunam pasturæ proficua et Emolumenta subscripta in dicta Foresta dni Regis de Lifeld in dicto Comitatu Rotland, Videlicet Habere & tenere Parcum suum de Lydyngton prout modo includitur, Et quod

Ipse et successores sui claudere Parcos facere libere
et Asportare possint & Boscos suos de Lydyngton quando et
ubi voluerint pro voluntate sua de Boscis illis facere dare
et vendere capere ac capi facere sine visu et omni contradictione
Forestariorum et Regardatorum ac omnium Ministrorum
dni Regis et Heredum suorum, Et inde quicquid ceperint vel
capi fecerint dederint vel vendiderint, attrahere et asportare
possint et attrahi et asportari facere libere et pacifice cum
libertate chimini et absque chiminagio in eadem Foresta pdca
inde solvendo et absque visu reclamatione restrictione
contradictione et impedimento Forestariorum fforeste predicte
quacunque occasione Et quod Bosci illi et assarta inde
facta et ffacienda sint quieta de Vasto et Regardo et
Visu Forestariorum Viridariorum et Regardatorum ejusdem
Foreste Et etiam clamant quod ipse et successores sui
Dominica sua Manerij in dicto Comitatu Rotland et
omnes Homines sui de Lydyngton predict aut dominicorum
suorum sunt quieta de Secta ad Swanimot et de placitis
~~de~~ Foreste predicte et de espaltamento sive expeditatione
Canum et de omnibus Summonitionibus placitis Querelis
et actionibus ad Forestam predictam et Forestarios pertinentibus
Item clamat pro se & successoribus suis excolere et habere
Viginti Acras de Assarta in Lydyngton predicta, Item clamat
habere sibi et successoribus suis saltatoria in dicta parco
suo de Lydyngton cum omnibus Libertatibus ad saltatoria
pertinentibus Item clamat habere sibi et successoribus suis
viginti et quinque Acras de Veteri — assarto in Foresta
predicta quieta de omni Regardo et omni exactione
Et quod ipse et successores sui habeant assignamentum
omnium Boscorum suorum predictorum quandocunque et

Ubicunque voluerint in propriis Boscis Et quod capiant
in Boscis suis omnia necessaria in Viridi et Sicco sine
visu et liberatione Forestariorum, Salva Venatione Regis
&c. Item clamat habere pro se & successoribus suis ac
Hominibus et Tenentibus suis ad Voluntatem, seu annorum
ac aliis Tenentibus suis de Lydyngton & Caldecote et
Stokedrie Comunam Pasture pro omnibus & omnimodis
animalibus et Averiis suis tam porcis et aucis quam
aliis animalibus et Averijs suis quibuscunque, in omni
tempore Anni in quodam loco vocato le Brende infra
Foresta le Lifeld in Com. Rotland, Et tunc quesitum est per
Reginaldum Gayton Attornatum Dni Regis in hac parte quo
Waranto predictus nunc Episcopus clamat Libertates quietantias
Comunam et cetera premissa Et idem Episcopus per Attornatum
suum predictum quo ad omnia premissa preter Comunam
Pasture predicte petit inde respectum, ad Clameum suum
inde faciend Et quo ad dictam Comunam Pasture in predicto
loco vocato le Brende Idem Episcopus dicit quod ipse
seisitus existit de dicto Manerio sive Dominio de Lydyngton
in Com predicto in Dominico suo ut de Feodo in jure
Ecclesie sue Lincoln predict. et quod ipse & omnes predecessores
sui Episcopi Lincoln predict seisiti fuerunt de predicto
Manerio sive Dominio in jure Ecclie predicte a tempore
cujus contrarij memoria Hominum non existit et a toto eodem
tempore habuerunt et usi fuerunt pro se tenentibus seu
Hominibus suis predictis de Lydyngton Caldecote et Stokedrie
predict Comunam Pasture pro omnibus & omnimodis Animalibus
et Averijs suis predictis omni tempore Anni in predicto loco
vocato le Brende infra Forestam predictam tanquam
pertinentem ad dict Manerium sive Dominium de Lydyngton
Et hoc idem nunc Episcopus paratus est verificare prout &c.

Et petijt quod Comuna predicta in predicto loco vocato le Brende sibi et successoribus suis allocetur &c. Et predictus Reginaldus Gayton qui pro Domino Rege in hac parte sequitur dicit quod nec predictus nunc Episcopus nec predecessores sui habuerunt nec habere consueverunt Comunam in predicto loco vocato le Brende nec alibi in predicta Foresta a tempore quo non extat memoria prout predictus nunc Episcopus superius per dictum Attornatum suum Allegavit, Et hoc pro Domino Rege petit qd inquiratur per patriam, Et predictus nunc Episcopus per dictum Attornatum suum similiter, Ideo preceptum est Vicecom. Rotland quod venire faciat coram prefatis Justiciar hic dicto instante decimo die Septembris ad horam quartam ejusdem diei xxiiij.^or probos & legales Homines de visu de Lydyngton in Comitatu suo ad faciendum ea que inter Dominum Regem et predictum nunc Episcopum eis injungentur &c. Ad quam horam hic venit tam predictus Reginaldus qui pro Domino Rege &c. quam predictus nunc Episcopus per Attornatum suum predictum Et etiam Vicecom. modo mandato preceptum predictum in omnibus sint & execut — Super hoc xxiiij.^or probi Viri & legales Homines per predictum Vicecom impanellati exacti sunt et xxij eorundem impanellantur electi triati & jurati existunt videlicet, Willm̃s Villers, Johẽs Durand de Baroughdon, et Thomas Durand, Johẽs Thornton, Willm̃s Overton, Thomas Clerke, Henr. Dreton, Johẽs Drowne, Johẽs Hunt, Willm̃s Haryson, Robtus Hardalff, et Will. Morecroft ac predicti Regardatores videl.^t Johẽs Colly Will. Shefford Thomas Sefeld, Johẽs Wight, Johẽs Marston, Willm̃s Peyffer, Thomas Overton, Robertus Symes Hugo Botoler Robtus Blackborn et Willm̃s Carnowe ad tunc et ibidem similiter in hac parte jurati existunt, qui dicunt super

Sacramentum suum quod predictus nunc Episcopus et predecessores sui Episcopi Lincoln habuerunt & habere

The Verdict

consueverunt a tempore quo non extat memoria Comunam pasture pro Averijs suis in predicto loco vocato le Brende infra predictam Forestam de Leyfeld pro Hominibus et tenentibus suis predictis de Lidyngton Caldecote et Stokedrie predict. modo et forma prout predictus nunc Episcopus per dictum attornatum suum inter alia in dicto clameo suo allegavit Ideo consideratum est per prefatos Justiciar

The Judgment

hic quod predictus nunc Episcopus Gaudeat et Habeat quiete Comunam Pasture pro Averijs suis in predicto loco vocato le Brende infra predictam Forestam de Lifeld pro dictis Hominibus et Tenentibus suis de Lidyngton Caldecote et Stokedrie modo et forma prout per predictos xij Juratores et Regardatores superius compertum existit, &c. Et quia Certis de causis Curie hic monstratur predictus nunc Episcopus jam non est paratus ad clameum suum de copiis in clameo suo predicto expressatis ulterius ostendum et probandum Ideo ex gratia Curiam sicut prius positur inde respectum et ei conceditur &c. Et super hoc dies datus est ei inde ut supra usque Westmon usque predictum crastinum sancti Martini ad ulterius ostendendum & probandum inde clameum suum predictum jure Regio medio tempore in omnibus semper Salvis &c. Nos autem tenores Brevis indorsamenti sive recitatorie ejusdem ac Placiti predicti ad requisitionem Reverendi in Christo patris Willimi nunc Episcopi Lincoln duximus Exemplificandum per presentes In cujus Rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes Teste meipso apud Westmonasterium sexto decimo die Junij Anno Regni nostri quarto.

Ex

26th Octr. 1777

Copied from the Entry or Registry

Exam.d by John Bradley Dep Reg

44

Copy of the Exemplification of the Record and Verdict for Recovery of the Bishop of Lincolns Right of Common for Himself and Tenants upon the Brand.

EX29/62(d)

	£	s	d
Expences....	3:	8:	4.